illum terminum primum peremptorium, et alios omnes ex inde consequentes, Cadem eiusque terminos semper peremptorios, vera Infirmitate graviori, minori rennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta ad Evictorem, de alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ultra praedicti Officy praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia pa[r]tis simplicibus vel triplicatis, Evictionibus, Suspensionibus, fatalys Juris, Inscriptione Terrae, bello, Conventione, ac alys omnibus Juris remedyis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita et sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Zielonka Woiakowskiego Quietat.

124 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Stanislaus Zielonka sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Juris dictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando, atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Joannem Woiakowski, olim Generosi Gaspari Woiakowski Judicis Terrae Premysliensis filium, eiusque posteros, de Summa Bis Millium florenorum polonicalium sibi Recognita per eundem Generosum Woiakowski coram Actis Officy praesentis, modo Simplicis Debiti, Feria Quinta post festum Transfigurationis Christi Domini proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito

inscripta, et ad solvend assecurata, necnon de ipsa Inscriptione Debitoria Castren Premisliens, suo in tenore de praemissis latiore Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Inscriptionemque praefat debitoriam cum omnibus illius conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis, annexibus in Universumque omnibus in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat praesens, Recognoscens sibi Summam supradictam Octo Millium florenorum polonicalium plenariam et sufficientem satisfactionem esse persolutionem. Haec sua praesenti personali Recognitione admissa omnia mediante.

Horodyski Consorti Reformat 124

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal[ibus] Premisliens[ibus] Nobilis Lucas Horodyski, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis, et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis quibuscumque omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Annae Myslowska sui Recognoscentis Contrahalis, eiusque posteris Summam Centum Quinquaginta florenorum polonicalium ratione vero Dotis et Expeditionis post ipsam acceptam, et in domum suam importatam, nec non ratione similem Summam Centum Quinquaginta florenorum polonicalium ratione certi Verzuisti, et Reformat dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum quorumcumque omnium haereditariorum et obligatorum, mobilium et immobilium, Summarumque pecuniarum pecuniarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, unionum, Margaritarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, Equorum Equitiorum, ac totius suppellectilis domesticae, nunc habitorum et in posterum habendorum dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus, per ipsam Nobilem